x Neq; rem vllã. Hoc ẽ internũciũ pactũ. domũ aut ꝓmissum & bñ totũ execratiue dixit. vt alii facinore abhorreãt. y Aut me indignam Id ẽ male rñtem moribus meis & degenerãtẽ & ꝓpter indignã vt me habeat mr̃em. Vel indignã p̃ot referri ad culpam dicẽdo. aut expiar. i. ꝓbabo apud iudices agẽdo illã culpã esse indignã me. i. nõ dignã q̃ imputet̃ mihi. q̃a dixit iã illã culpã ee ꝓcul a se ita q̃ nõ dicatur lena filie. z Quid istuc. Verbũ est egre consentienti. q. d. resistãt. a Accedo vt melius dicas. Id est vt cõsentiã veluti melius potẽs sis dicere. b Atq; Hegioni. Apud Menandrũ Sostrate frater inducit. c Nostro simulo. Simulus nomẽ p̃ris puelle diminutiũ a simo vel symone. Et nota nomẽ ĩ palliata fabula latine diminutiuũ in simulo. d Fuit summus. An ad cognatũ. an ad amicũ refert̃. an absolute ponit̃ vt in eunucho. Plurima salute sũmũ suũ imptit gnato. e Et nos coluit maxime. Et miserabilius coluit dictũ est q̃ si diceret colit Virg. Per caput h. i. p. q. a. s. Colere em̃ maioribus & minoribus cõuenit. vt post habita coluisse samo. f Nos. Monasillabũ finit vultuosam exprimẽs ꝓnũciationẽ. g Tu mea Cantara. Tristis ac serie fomine blandimẽtũ est mea potius q̃ ꝓnomẽ possessiuũ. Deest eni cura vel q̃d tale. q̃ addito ꝓnomẽ staret mea. h Curre Mire dictum est ancille curre. i Ne in mora nobis fiet. Locutio qualis supra.

Figura ad sequentes duas scęnas.

Demea

variis modis pdit⁹ sum τ fortunat⁹ .s.meū a abductōe
Isperii.ctesiphonē audiui filiū vna affuisse in raptione cum
vt τ alter fili⁹ cor rūpat lasciuia b .i.reliquū ē c eschin⁹ d q ē alicui⁹ pfessiōis seu artis e
eschino.id misero restat mihi mali:si illū pōt q alicui⁹ rei ē:etiā eū ad neq
.i.inuitū deducere f ctesiphonē in q loco .i.inuitū deductū g .i.lupanar in aliquē locū h
tiā adducere. Vbi ego illū q̄rā:credo abductū in ganeū aliq̄.psuasit ille
improbus i .i.nō dubito .i.ecce hic eū k seruum venire exinde sciam antique ctesipho p certo
impur⁹:sat scio. Sed eccū syrū ire video. hinc scibo iā vbi siet. atq; hercle
syrus l .i.de ista sodalitate .s.syrus .i.pcepit instanter q̄rere ctesiphonē .s.vbi sit eschin⁹ tortor
hic de grege illo est. si me senserit eū q̄ritare. nūq; dicet carnifex. nō ostē
.s.scire vbi sit eschinus
dam id me velle.

SyRVS Demea

totū negociū τ factū eschini pauloañ qualiter .i.exsisteres a b c non
Mnē rem mō seni: q̄ pacto haberet: enarram⁹ ordine. nihil vi
aliquid letiorē sene irascentis q.d.plurimū miror d .i.sit cū leticia sua laudauit e eschinum
di quicq; letius. DE. proh iuppiter hoīs stulticiā: Sy. collaudauit filium
vt ita res fieret quēadmodū narrabat ei dilanior f .s.quo erat opus g .s.micio
mihi: q id dedissem cōsiliū: egit grās. DE. disrūpor. Sy. argētū adnume
statim .i.vltra hoc .i.dimidiā ptē libre h .s.dimidiū mine certe
rauit illico. dedit pterea in sumptū dimidiū minæ. id distributū sane est
.i.ex arbitratu seu arbitrio nostro .i.cōmittas dolētis i cura ac studio custoditū interiectio cōmoti k
ex snia. DE. hem. huic mādes. si qd recte curatū velis. Sy. Hem demea/
.i.non .s.petis l nō possū m .i.cū admiratōe horrere n
haud aspexarā te. qd agit. DE. Quid agat: vestrā neq̄ mirari satis rati/
.s.rō nrā o .i.stulta temeraria p fraude .i.sibi repugnās q .s.ab isto congro
one. Sy. est hercle inepta: ne dicā dolo: & absurda. Pisces cæteros purga
pisce de tali genere r s q: nō sunt alij nō maximi t .i.viuere aliq̄; diu puo tpe .i.cū vel postq;
dromo. congrū istū maximū in aq̄ sinito ludere paulisp. vbi ego venero
purgabit .s.an ceteros purgari v vtrū .i.vicia flagitōe digna x .s.flagitia
exossabit. prius nolo. DE. haccine flagitia: Sy. mihi qdem nō placet. &
vocifero .i.obsoniis salita y nomē serui .i.effice mollificent z recte
clamo sæpe. salsamēta hæc stephanio fac vt macerent pulchre. DE. Dij
.s.imploro .i.an ne a si sciens ledit filiū .i.ad laudē q: decipit futurū eē b .s.submisit rans do sumpt⁹
nostrā fidem vtrū studio ne id sibi habet: an laudi putat fore si pdiderit
.i.ego miser sum tāq; maledict⁹ c ego inuisus q̄si q̄ndā tristē atq; funestū .i.q̄ die τ q̄ tpe .i.egenus
gnatū: veh misero mihi. videre videor iā diē illū: quum hinc egēs pfugi
aliquē locū .i.ad militandū .s.qd sequit .i.pūs .i.solū d ↄsiderare
et aliq̄ militatū. Sy. O Demea istuc ē sape. nō qd añ pedes mō est videre
.i.puidere τ a longe aspicere nūc .i.apud .i.cantatrix
e f
sed etiā illa q̄ futura sunt pspicere. DE. qd istæc iā penes nos psaltria est
.s.psaltria g tanq; foret vxor h i psaltriā k .s.cū esse eā domi habiturū .s.agitat⁹
Sy. Est hæc iā int⁹: DE. Eho/an domi ē habitur⁹. Sy. credo: vt ē demētia

In scena.IX.

Ostendit φ seueri hoies: ac recti & honesti tenaces vel ridicu i sunt vel odio q̄quo accesserint Magno āt affectu & q̄si clamā tis addidit filiū q̄si cā mi redderet cur dixerat. disperii vna fuisse in raptōe cū eschino. Oeconomia in q̄ ōndit q̄ntū cōmouebit Demea ipa re cōperta. cum expua rei suspitōe tm̄ se afficiat.
a In raptōe. Raptio ad psonā refert. rapina ad rē. rapt⁹ ad stuprū si pprie volumus loqui.
b Id misero restat. Bñ restat tā q; iā sūmū malū sit Eschinū esse corruptū. c Si illū pōt. Nō dubitat velle. & iō dicit potest.
d Qui alicuius rei. Recte enī hoc supra dixit nō fratrē rei dare opam ruri eē parcū ac sobriū
e Etiā eū ad n.a. Quasi inuitū dixit nō vocare sed abducere
f vbi ego illū q̄rā c.a. Nō isse sed abductū eē. q̄si adhuc culpa nō sit illius. g In ganeū. Ganeū veteres meretricū tabernā dixerūt. h Persuasit. Suadem⁹ facilia. psuademus difficilia. & suadere facientis. & psuadere pficiētis. Suadere in actu. psuadere in effectu. i Ille ipurus. Impurus p improbo ponit apd Therētiū. & hic q̄q; excusata volūtas ē Ctesiphonis. cui a maiore fratre & iprobo ingesta sit psuasiōe neq̄tia. k Sed eccū syrū ire video. Ire & abire & venire significat. l Hic de grege illo est. Ordo vel bonorū vel malorū grex dicit & grauiū vt eq̄ster ordo senatorius ordo.

In scena.x.

Syrus Ctesiphonem apud Demeā cōmēdat. & Eschinū sil' ac Mitionē q illi suppeditet sūptus pbro psequi: & tāq; nō vidēs Demeā hec loq̄t. Et Demea ea audiēs verba tacite sua intermiscet Hoc recte q̄a dixerat Mitiōi q̄c qd ē volo scire atq; hoiem cōuenire si apud forū est. a Enarramus. Pro enarrauim⁹. vt oīs hō fumat neptunia troia.
b Ordine. Bñ q̄a simplr fatetur. Fallax aūt & captiosa narratio est qd timemus fateri.
c Nihil q̄cq; vidi le. Quartū parelcon. d Hoīs stulticiā. Scilicet quia letatur ignorās vbi Eschinus sit. e Collaudauit filiū. Plus additū est nō enī solū nō accusauit. sed & collaudauit. f Disrūpor. Mire his enī verbis cōmouet. collaudauit. & egit grās & vide auxesim stomachi reseruatā. g Argentū enumerauit. Cōtra illud est. Cur tu his verbis sumptū suggeris. h Id distributū. In diuersa tributū. i. disptitū p pulmētaria. i Huic mādes. Ironia est maioris stomachi. q̄a ille dixit ex snia distributū. vt indicat Demea mō distributū dilapidatū sic alibi Columen familie bone custos salue. k Hem Demea. Hem interiectio ē cōmoti. & q̄si pculsi re subita & noua. l Quid agatur. Blandiētis est nō interrogātis. m Neq̄ mirari satis. Mira sunt & illa q̄ vehemēter praua sunt. n Ratione. Dixit malā. cū nō sit rō in bona. sed sic loq̄t ppl's. o Est hercle inepta. Hoc ad senē. p Ne dicā dolo. Ne mētiar. i. ex cōtrario dicere videar: sed vt sedulo dicā. q Absurda. Ineptū est stultū tm̄. Absurdū qd & stultū ē & in ipa stulticia diuersum.
r Congrū istū maximū. Diascole q̄a erāt alii nō maximi. s Istū. Quod ait dicticon est. Videt enī ōndere digito quē di-

verũ decet stulta incõsiderata ip̃ius ad cognoscendũ
l .i.indulgẽtia ad pmittẽdũ

DE. hæccine fieri flagitia? Sy. inepta lenitas pris: & facilitas praua. DE.
pp̃ter fratrẽ q̃ adeo male ꝯsulit sibi ꝛ filio .i.inter te ꝛ fratrẽ .i.pñs es
m verecundor ꝛ doleo n

fratris me q̃dẽ piget: pudetq;. Sy. Nimiũ inter vos demea: ac nõ q̃a ades
imo valde, nimiũ .i.quãtuleoscunq;
.i.lata differẽtia est o p

pñs dico hoc: p nimiũ interest. tu quãtuspuãt⁹ nihil nisi sapiã es. ille futi
.i.inutile ꝛ vanũ eschinũ .s.que fecit .i.tollerare debuissem
q r .i.sinere ac pati debuisses s

lis sõniũ. sineres vero illũ tu tuũ facere hæc? DE. sinere illũ? an nõ sex to
.i.sensissem eschin⁹ .s.istoꝝ flagitioꝝ .i.diligentẽ obseruationẽ filij
t .i.quã maxime scio

tis mẽsibus pri⁹ olfecissem: q̃ ille q̃cq; cepit? Sy. Vigilantiã tuã tu mihi
.i.res ita se habeat .i.opto .i.suã rem .s.ea res
v x y

narras. DE. sic siet mõ vt nũc est q̃so. Sy. Vt q̃sq; suũ vult eẽ: ita ẽ. DE.
eschinũ cresiphonẽ .i.expellã .i.ex hoc loco .i.iã lõgo tpe
z a vtrũ peris an videris b c

q̃d? eũ vidistin hodie? Sy. Tuũ ne filiũ? DE. abigã hinc rus. Sy. iãdudũ
in agro .i.opari vtr̃ satis filiũ egoipse
.s.eũ filiũ d

aliq̃d ruri agere arbitror. DE. satin scis ibi eẽ? Sy. oh. quẽ egomet pduxi
.i.res se hꝫ .i.assentiendo irretiret .s.pduxi eũ valde
e

DE. optime ẽ. metui: ne hæreret huic. Sy. atq; iratũ admodũ. DE. q̃d au
.i.aggressus est eschinũ .s.vel venale .i.dicis ne serio
g .i.obiurgatoe lite increpatoe pp̃ter hanc meretriculã

te? Sy. Adort⁹ ẽ iurgio frẽm apud foꝝ de psaltria istac. DE. ain vero? Sy.
.i.nihil celauit .i.recesebat ab eschino vt daret psaltrie .i.intercidit
i k cresipho

Vah nihil reticuit. Nã vt numerabat forte argẽtũ: interuenit hõ de ipro
.i.ex inspirato pter spem verũ decet cõmittere
l m n

uiso. cœpit clamare. o eschine hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
.i.inhonesta. nr̃e cognatõi lerantis .i.lachrymas emitto .s.clamare frater cepit
o .i.tñ ẽ mihi gaudiũ p

indigna genere nostro. DE. Oh oh. lachrymo p gaudio. Sy. non tu hoc
amittis .s.pdis .i.maneat incolumis pdecessoꝝ pentũ
q r .i.credo

argẽtũ pdis: sed vitã tuã. DE. Saluus sit. spero est sil'is maioꝝ suoꝝ. Sy.
admiratis documẽtoꝝ taliũ cresidho amatores sapie ꝛ bonitatis bonos mores
s t acdreret

hui. DE. Syre pceptoꝝ istoꝝ ille plen⁹ ẽ. Sy. Phõs domi hũit vñ disceret
sine dolo .i.assuetũ officio tandem .i.diligẽter ꝯsiderare
x

DE. fit sedulo. nihil ptermitto cõsuefacio. deniq; inspicere taq; i specu
.i.viuendi modos .i.alioꝝ moribus .s.bonũ laudabile
volo eũ aduertere .s.dicendo

lũ vitas hoim iubeo: atq; ex alijs sumere exẽplũ sibi. hoc facito. Sy. recte
pfecto .i.cauero .i.astute facis .i.ad laudẽ efficiẽtis .i.ista est vtilitas
y z

sane. De. hoc fugito. Sy. callide. De. hoc laudi ẽ. Sy. istæc res ẽ. De. hoc vi
.i.verti in vtrũq; certe sed .i.nõ habeo fucultatẽ .s.ea q̃ incipis dicere
rectissime scꝫ dicis b

cio dat. Sy. pbissime. De. porro āt. Sy. ñ hercle ociũ ẽ nẽ mihi auscultãdi

cat. t In aq̃ finito lu.p. Sic oñ dit bñ obsonasse q̃ viuos attulit pisces. Nã nõ ludit piscis nisi viuus. v Nolo prius. Supbe & p autoritate ñ dixit optet sed volo subaudit ẽm purgari eum x Mihi q̃dẽ nõ placet. Plus hoc ad senẽ & vide q̃ totũ sup be & cõfidẽter dixerit ob amicitiã oim dñoꝝ excepto vno Demea quẽ tñ de illis cõtemnit. y Salsamẽta. Quia aut salsi pisces aut laridũ. z Macerẽtur. Macerare interdũ etiã significat debilitare. a Vtrũ studio ne. Aut ordo. vtrũ ne. aut ẽ parel conterciũ. Aut vero p eclipsim accipit. q̃si dicat vtrũ est aut vtrũ versum ẽ. b Si pdiderit gnatum. Et magno affectu nõ dixit Eschinũ. & mire ñ addit cuius natum. c Veh misero mihi. Hoc est q̃d sup dixit egre est alienus nõ sum. d Quod ante pedes ẽ mõ videre. Hoc sumpsit poeta de illo i syrꝰ pmulgato ancille dicto q̃d añ pedes ẽ nõ videt cœli scrutat plagas. e Sed etiã illa q̃ futura sunt. Magis ridicula est assentatio. si q̃s maxie laudet q̃bus maxime caret. f Quid istec iã penes v.p.e. Dicẽdo istæc oñdit iamdudũ se hac indignari. g Est hec iã intus. Vt ellũ cõfidens eatus. h Eho: Interiectio dephẽdẽtis & attẽtionẽ mouens. i An domi e.h. Proprie. q̃a hoi vxor dicit & haberi mulier quũ coit. k Credo vt est de. Sic in eunucho eã se intẽdit esse vt ẽ dementia & ntũs casus eẽ pt & ablatiuus. l Inepta lenitas pris & facilitas pua. Lenitas ad permittẽdũ. Facilitas ad ignoscẽdũ. m Fratris mei q̃dẽ me piget pu. Pudet in his q̃ turpiter facit. Piget in his q̃ cũ dãno & malo. n Nimiũ inter n.d. Nũc eni redditũ est q̃d sup dicebat. o Quãtusq̃ntus. Et q̃ntuscũq; sicut q̃tq̃t q̃tcunq;. q̃sq̃s q̃cũq;. p Nihil nisi sapiã es. Ridicule prius additum nihil q̃ q̃cq̃ laudis noie. q Ille somniũ. Nec tu sapiẽs sed sapientia nec ille somniculosus. sed somniũ hipbole. r Sinere vero illũ tuũ. Ab argumẽto fabule repetit. s Sex mẽsibus totis. Quasi longi sint. i. integri. vt ne vnũ q̃dẽ diẽ minus a sex mẽsibus sciat q̃ cœpturus sit filius nimis comcia & moralis assentatio. t Prius olfecissem q̃ ille q̃cq̃ cœpit. Multũ dixit & añ sex meses & olfecissem: sed prius q̃ cœpit nõ olfecit & totũ ridicule. x Sic siet mõ vt nũc est. Nõ dicit q̃ sed respicit ad argumẽtũ & videbis hec optãtẽ Demeã x Vt nũc est. Dicit nũc se hr̃e q̃n mihi nõ ẽ fides. neq; mihi est assensum. y Vt q̃sq; suũ vult esse ita est. Hec sñesp sunt hypbolice & p psonis ridicule. z Quid eũ vidistin hodie. Initiũ interrogatõis future de psona sic in Heaut. a Tuũ ne filiũ. Hoc clare tuũ ne Eschinũ. Moris est vt q̃ cogitat q̃d rñdeat interrogatõe remoret. b Abigam hinc rus. Vt pecudẽ dixit abigã non vt hoiem mittã. abigã hoc lentius. Et abigã dixit vñ abactores dicti sunt. c Iãdudũ aliq̃d ru. Hoc clare aliq̃d ruri agere arbitror hoc plus ẽ q̃ illic esse. d Quẽ egomet pduxi. Pro mutata ppositõe. nõ deduxi sed pduxi dixit. i. porro duxi. e Metui ne hereret huic. Et hæc trãslatio vt subleuet Cresiphonẽ. ita Eschino inuidiosa est. nã heret nõ aio nec volũtate. sed visco decipiẽtis aucupis. f Quid aũt. Quid q̃re. aut ob quã cãm. g Adortus ẽ iurgio. Aggredimur de longinq̃. Adorimur ex insidiis & pxĩmo. h De psaltria istac. Hic mire senẽ imitatus ẽ. & memoriter q̃a ille dixerat. Quid ista etiã psaltria apud nos i Nihil reticuit. Mi eni minorẽ fratrẽ nõ pepcisse maiori nec tacuisse q̃ eq̃d erat opus. k Interuenit hõ de imp. Interuenire ẽ medio negocio q̃si ex insidiis supuenire. & opprimere in ipo actu es q̃ rẽ relatã vellet & vide q̃ oratorie narrat gestionẽ rei.

.i.vt volebã .i.inueni ↄparaui .i.ↄhãt corruptõis aliqd .i.puisio ẽ mł qĩ s.qõ pisces .itm̃
c corrũpãt
Pisces ex sñia nactus sum. hi mihi ne corrũpant cautio ẽ. nã id nob tam
delictũ s.nob o s.illa s.bonis dñis paulo añ d isti q mecũ fuiũt iuxta
flagitiũ ẽ, ꝙ illa demea nõ facere vob q mõ dixti: & qđ qo. cõseruis ad
q.illis pliũ .i.nimio sale ↄditũ ex.cõ .i.mũdũ ꝛ mũde parũ s.obsonium
e f r.õ satis
eũdẽ istũc pcipio modũ hoc falsũ ẽ. hoc adustũ ẽ. hoc lautũ ẽ paꝝ. illđ re-
s.latũ scõo sit memores pare diligẽter docco s.ea s.monere .i.ꝑm meã sciaꝫ tandem sicut
cte. iteꝝ sic memẽtote. sedulo moneo. q possũ, p mea sapia. Postrẽo taꝗꝫ
in vasa coqnaria h admonco i .i.facere
ĩ speculũ ĩ patinas o demea inspicere iubeo. & moneo. qđ facto opus si-
absurda lꝫ .i.ego facio l pcipio sed m faciat vnusqsqꝫ sic s.aliqs eo mõ
et. Inepta hæc eẽ: nos q facimus. sentio. veꝝ qd facias. vt hõ ẽ. & morẽ ge
.i.nõne aliqd aliud o bonã tollerabilẽ .i.ad agros ex vrbe discedis .i.bñ putas
ras. nũqd vis: DE. mẽtẽ vob meliorẽ dari. Sy. tu rus hic abis: DE. recte.
.i.in vrbe recte moneas obseqr̃ obedit recte
Sy. nã qd tu hic agas. vbi si qd bñ pcipias. nẽo obtpat: DE. ego vero hic
qꝫ Thesi. pprer quã rẽ ad opãdũ i agrũ .i.cure habeo solũ ac Eschi. mea interest
s t pcipuũ .i.spectat
abeo. qñ is. ꝙobrẽ huc venerã. rus abijt. illũ curo vnũ. ille ad me attinet.
qꝫ s.me curare hꝫ Micio r s.hõ vꝛꝫ
qñ ita vult frater. de istoc ipe viderit. sed qs illic ẽ pcul quẽ video: ẽ ne he-
.i.de tribu nostra visũ acutũ habeo exultãt i.i.ab incũte etate
gio tribul' noster. si satis cerno. is hercle ẽ. vah. hõ amicus nob iam inde a
y valde .i.taliũ .i.magn⁹ defect⁹ q antiq pollebãt
puero. dij boni. ne illiusmodi iã magna nob ciuiũ pœnuria ẽ. hõ antiq
.i.honestate .i.ꝟitate ꝫ.i.nõ nout aliqd acciderit hoie s.rei .i.ꝙtũ q.d.młtũ. a qñ
virtute ac fide. haud scio mali qd ortũ ex hoc sit publicæ. ꝙ gaudeo. vbi
adhuc qlis ipe est paucos reliqs letãt b expectabo
etiã huius generis reliquias restare video. vah viuere etiã nũc libet. oppe
Hegionem .i.salutẽ iparciã cũ colloqũ familiare cũ eo habeã
riar hominem hic vt salutem. & colloquar.



c Nã id nob &c. Nõ dixit peccatũ irridẽs senẽ sed flagitiũ. & qd ẽ flagitiũ corrũpi pisces aut talia. d Qđ qo. Qđ possum sed sic maluit dicere vt alludẽtẽ se de sua arte fecisset syr⁹. & hac re oñdere nihil ab illo dici serio. Itẽ qo a coqndo sumpsit sic & ĩfra moneo q possũ p mea sapia Et Cice. dictũ referti eũ q coqui filius secũ cãs agebat. tuqꝫ aderas huic cause nã apđ veteres q qs nõ p c lrãm sed p q scribebãt e Ad eũdẽ &c. Argumẽtatio ad deridẽdũ demeã oim q serio ille supra dixerat. f Hoc salsũ &c. Cõtexte & cõiũcte dicũtur qa nõ vicissim syro assentatur senex. g Pro mea sapia. sapia dixit qa p cõdimẽtũ gustu ac sapore tpant coq. h Inspicere iubeo &c. Et hic speculũ nõ ad imaginẽ vultus. sed ad cõtuitũ cõtraposite ei retulit. i Et moneo. His dictis oibus egregie seruus illudit Demeã. k Que nos fecimus Nõ coci. Sed mitio eschinus familia. An nos p dño posuit. an nos p ego & melius. l Sencio. Cũ dilatõe & vultuose dicẽdũ. m Veꝝ qd facias. Pro qd faciat vnusqsqꝫ.s. n Vt hõ ẽ &c. Vtꝝ aptũ pverbiũ sit seruis an amicis vt ẽ obsequiũ aicos veritas odiũ parit. & hec sñia mõ velut qrela demissa voce proferẽda ẽ. Itẽ qlis hõ ẽ tł' illi mos gerẽdus ẽ qđ qdẽ puerbiũ nõ ẽ seqndũ. nã regula amicitie est vt nec aicos rogem⁹ res turpes. nec faciamus rogari.
o Mẽtẽ n.m.d. Vis rñdit agresti feritate. nõ rñdẽdũ erat recte aut valeas sed hic ne vel abiens blãdus eẽt. p salutatõibus ipsis amaras suppõit. & mẽte etiam hũc eũdẽ insalutatũ relinqre q aduẽiẽs paulo ante nec salutauerat nec resalutauerat fratrem.
p Meliorẽ. Pro bono ac tollerabili posuit nõ em̃ bonã credit vt meliorẽ optet. Vir. Dii meliora piis e.m.e.p.v. q Tu rus hic abis. Vult syrus nosse an eat nã qd agis addidit hortãdo vt ꝙ primũ abeat. r Tu rus hic abis. Qui cõsuetudis mẽor ẽ aiaduertit has interrogatõnes nõ ingrẽdi cã põi sed admonitionis loco ẽ apud eos qs velim⁹ abscedere sic igr̃ iterrogat vt hortet: & sic pnũciat vt & fiat et approbet qđ facit. s Qñ is. Noua locutio. t Illũ curo vnũ. Sic & allibi. In eo me oblecto. Solũ i. caꝝ mihi. Hic illũ curo vnũ. vnũ cũ exceptõne & tũ sic loqt. vt appeat illũ nõ posse sibi ipare obliuione eschini. nã iccirco addidit. v Qñ ita &c. Amare coepit & iõ tenet. Nã ãbo amare p comodũ reposcere illũ quẽ dedisti. x Quis ille &c. Inuẽta cã ẽ cur nõ abeat demea ppter reliquã fabule ptẽ & sił addit aliqđ q idignet. bñ aũt dubitat & familiã ciuẽ & multũ absens cõspectu ciuiũ y Ne illi⁹ &c. illiusmõi eiusmodi ẽ hegio qlis ẽ magna œconomia. senex laudat vt postulationẽ eius statim adsit fides. z Haud scio &c. Vtꝝ hoc optãdũ ẽ ne moriat. an ẽ testimoniũ vite hois nũqꝫ obfuturi reipublice. a Vbi etiã &c. Reliqas p relictis paucis dixit. iõ restare etiã dictũ est. b Viuere etiã &c. Ex hac delectatõe oñdit demea & quã peccãtibus sic amarus ac seuus. Et quã facile accusatõi huius tãqꝫ graui testionio crediturus sit demea & ꝙtũ dolitur⁹ sup eschinũ q displiceat talibus viris

HEGIO GETA

DEMEA PAMPHILA

irascentis exclamatio & deo? prestatio .i.inhonestum .i.serue cognate mee sorori

a

Roh dij immortales facinus indignum. Geta

s.vt dico .i.ex illa ne

b

quid narras? GE. sic est factum. HE. ex illan

s.honesta .i.idignū hoīe libero ǭlis est Eschinus .i.emersisse alloqt absentē .i.non

c d e

familia tam illiberale facinus e͡e ortū? O eschine pol haud

.i.pmo exēplo pris vel pmissione pris demee ǭ adeo honestus est s.faci? .i.pfecisti ppetrasti .i.certe depuella capta s.Hegio ab Eschino

f g

paternum istuc dedisti. DE. Videlicet de psaltria hoc audi

factū eschini displicet .i.ǭ nō ē de familia nra scz Hegioni Micio nō curat pnihilo habet ah dolore contictor.

h

uit. id illi nuuc dolet alieno. pater is nihili pendit. Hei mi-

.s.pr .i.in aliq̄ loco .i.vtinā s.ǭ dicūt ab Hegione

i

hi. vtinam hic prope adesset alicubi. atq̄ audiret hæc. HE.

.i.si nō s.gentes eschini .i.iustū est & decz illos facere .i.no ita leuiter abibūt. siue non ita subducēt culpā neq̄ ogiēt silentio

k l

nisi facient, quæ illos æquum est. haud sic auferent. GE.

.i.habemus solū te in ǭ spem reponam? posita collocata

m

In te spes omnis hegio nobis sita est. te solum habemus.

defensor .i.tāq̄ pr cui cure sum? cum moreretur. cum esset in mortis articulo qn̄ sola vera & ingentia di-

n o p

tu es patronus: tu parēs. ille tibi moriens nos cōmendauit

pr puelle .i.derelinqs .i.pditi sum? s.me destruꝫ esse vos .i.nō

q

senex. si deseris nos tu. perimus. HEG. Caue, dixeris. ne-

deserā vos s.facere .i.qn̄ videri possem impi? .i.saluū est et

r s t

q̄ faciā. neq̄ me satis pie posse arbitror. De. adibo, salue-

incolumē .i.volo .i.saluus sis. talis est rn̄sio ǭlis aggressio

v

re hegionē plurimū iubeo. He. te q̄rebā ip̄m. salue demea

s.agit .i.sed q̄ tm̄ duo erāt Micioni .i.assumēdū filiū.

x

De. q̄d aiūt. HE. maior fili? tu? eschin? quē frī adoptandū

In hac scena. XI. Fidem amici circa diffinitam maturitatē senilis orationis: & accusationis eius quem ledere nolit ipse accusator continet. a Facinus indignum geta quid narras. Non ergo apud spectatores iterum dicēda que dicta sunt illud tamen admirandum eiusmodi Hegionis verba induci qualia esse debuerant tm̄ plaudati viri eiusdem Hegionis & Demeę. b Quid uarras. Mirantis est nō interrogantis. c Tam illiberale facinus. Id ē nō odisse cui succenseas laudare homines factum reprehendere. d O Eschine pol haud paternū. Mira maturitas in qua nescias vtrum magis iniuriam illatam orbe virginis. an Eschinum peccasse plus dolet. seruatur enim in Hegioue q̄ vir bonus sit & amicus: e Haud paternum istuc dedisti. Deest facinus & tu perfecisti sed sic dicitur in re magna. vt dabitille ruinas arboribus. f Videlicet. Confirmatiuū est videre licet. Ilicet ire licet. scilicet. scire licet. g De psaltria hac audiuit. Sic errat Demęa vt intelligat quantū debeat irasci in his quę inoppinata audiet. h Is nihili pēdit. Is abundat vt in Heauton. Perii is mihi vbi adbibit plus paulo sua quę narrat facinora. Aut is pro ip̄e subiectiuū pronomē minus q̄ finitum. i Vtinam hic prope adesset. Quasi nunc crediderit sibi dicenti in ore est omni populo. k Que illos ęquum est. Subaudit ad superiora per silepsim intellectum: l Haud sic auferent. Sicut accipimus. vel an factum suū auferent. sic aut si correxerint culpam nō silentiū tacituros ipsos vel ipsum quod factum est. q̄ nisi nō significat. dicticon est. Haud sic auferent. Ciuilis & matura cōminatio & est sic dictum demonstratio gestum continens leuissime ac prauemo magne significationis. m In te spes omnis Hegio. Vt narratio nō fuit necessaria. ita preces interponende sunt. n Tu es patronus. Patronus tempale nomen est defensoris. aut certe appellatio est per quā ostēditur q̄ illi vultus & obsequium debeatur. Est enim nomen ad aliquid. Et est nomen ab honesto. o Tu parens. Parens veri amoris nomen est. & a iusto & equali loco cōtinet iterpretationē & vide q̄ vigilanter poeta quō cū suppliciter matronā de absente Hegione loquentem induceret. Coluit nos dixit. quā preterea seruus etiam supplex ad p̄sentem loquitur, tu es patronus inquit.

p Ille tibi moriens nos cōmendauit senex. Seruus magnum veritatis iudicium addidit dicendo moriens. Nemo enim moriens non vera loquitur & ingētia. vnde in iure vltima iudicia certiora sunt. sic & alibi. Mihi in manum dat mors continuo ipsam occupat.

q Si deseris nos perimus: Proprie quasi parrono. Nam socius deficit parens prodit. patronus deserit Sic Salust. Post defectionem sociorum & relatum. & vnius ob iram prodimnr. & prodidisti & te & illam miseram & gnatum qui quidem interfuit. Plau. Qui liberos habent eos deserunt. Hinc & milites qui defensores patrie deberent esse desertores esse dicuutur. Hec omnia magnam vim habent. si per singulas partes orationis considerentur ad cōmouendum precibus Hegionē. Item p hoc q̄ hoc dicit. si deseris nos tu perimus. Huic rei maxime respondet. oratorie q̄ illum maxime commouit. Vt en ego victa situ vt pulsus ego alii perimus responsum putant

r Neq̄ faciam neq̄ me satis pie posse arbitror. Honesta locutio qua significat quicquid fecerit pro pietatis debito illi merito parum esse. sensus autem hic est. neq̄ faciam quod nefas est vt vos deseram. nec hoc ipsum quod facio satis pium est, p tanta necessitudine. Et bene addidit satis vt & sapiens non tamen satis.

s Satis pie. Nam pii debemus esse in parentes in sanguine nobis iunctos. aut necessitate. precipui autem pii debemus esse in deum. t Saluere Hegionem plurimum iubeo. Ita preuidit Demea non preuisus est. quia non oportuit illum audire que loqueretur Hegio. & ex illius verbis indignationem moueri.

v Iubeo. Volo significat. ab eo q̄ sequitur id quod pretedit. Non iubemus enim nisi quod voluerimus & E homericū.

x Maior filius tuus Eschinus quem fratri adoptādū. Artificiosa postulatio in qua statim Demęa diceret nihil ad se hanc querelam pertinere quippe qui Cthesiphonem curare debeat: infertur causa cur non dissimilet pater; quia filius qui ma

.i.nō y z

dedisti: neq boni, neq liberalis functus officium est viri

s.qd tu dic] .i.cognoscebas

DE. Quid est? HE. amicum nostrum noras simulum at/

.i.multū nr̄i sil'ez .i.qd nam a b Eschin⁹ stuprauit

q æqualem? DE. Quid ni? HE. filiam eius virginē vitia/

h nōdū audierat .i.ausculta .i.nō adhuc c s.id viciū

uit. DE. Hem. HE. Mane. nondum audisti demea. quod

.i.enormissimū vr̄ .i.aliqd z vltra id qd iam malus d tetigisti

est grauissimum. DE. An quicq est etiam amplius? HE.

certe .i.mai⁹ s.qd fec̄ i ṽgie amore īpulsus .i.tollerādū certe

Verum amplius. hoc quidem ferendum aliquo modo est

.i.impulit tp̄is oportunitas vinolētia .i.iuuenil' etas .i.ab hūana fragilitate e .i.ardor z furor amor] f icitatū g

persuasit nox, amor, vinum, adolescentia. humanum ē:

.i.qn̄ itelligit .i.se peccasse h sostratā k nō cōpulsus sponte sua

Vbi scit factum ad matrem virginis venit ipsus vltro la/

flens p sacra rogās qd pl⁹ ē .i.scīē pmittēs l s.puellaz

chrymans orans, obsecrans. fidem dans, iurans se illā du/

.i.se eā captuz i vxorē .i.ignoscebat̄ .i.nihil ē reuelatū m .i.ↄfisū ē ei

cturum domum. ignotum est. tacitum est. creditum ē vir/

.i.cōpssione ex quo ↄpssit eā yrōice n o p

go ex eo cūpressu grauida facta. est mēsis decimus est. ille

Eschin⁹ ad nr̄m dolorē z dedec⁹ q puellā illā r p q̄s iuratū est v acqsiuit .i.cū qua

bonus vir nobis psaltriam. si dijs placet. parauit. qui cum

vitā agat filiam .i.desertā reddat t p vero v .i.ne so

viuat. illam deserat. DE. Pro certon tu istæc dicis? HE. ma

strata x .i.pstō ē z in agro testificatura de hac re y .i.ipm crimē z s.pn̄s a .i.pter ea q̄ dicta sūt

ter virginis in medio est. ipa virgo res ipa. hic geta p̄terea

.i.q̄tū .i.capacitas .i.bon⁹ z fidel' b .i.nō sine arte nutrit c mr̄ez z fi.

vt captus est seruorum non malus neq iners alit illas.

ior est quia Eschinus si qnid est in eo noīe chari/tatis qa fratri adoptiuus. qa bon⁹ & liberalis: & cōtra hec qbus laudatus est fecit. y Sed neq boni Quasi id quod est velit quod esse debet. z Neq liberalis functus ē officiū viri. Que/rendū inter bonū & liberalē qd intersit. Au bo/nus est q nō nocet liberalis q etiā pdest. An bo/nus qui peccat in facto. Liberalis q nec in ver/bo. Sed hec differētie nō sp̄ obseruant̄. Nā vt Cice ro & Valerius inquiūt. bonus innumerabilibus officiis cōtinet̄. cuiusmodi aut raꝝ aut nullū puꝝ hoiem inuenias. a Quidni. Plus in se habet q nouerā. Nā q̄si corripit dubitantē. dicēdo qd/ni: vt subaudiat̄ nouerā. hoc est cur nō. quia fuit mihi amicissimus. b Filiā eius virginē vici/auit. Quātū valet iniuria vel dignitas psonaꝝ q nō cōtentus facinore psonā credit p̄ponendā. c Hem. Interiectio est irati vehemēter: quippe q aliud viciū audiebat p̄ter crimina q̄ sciebat. d An quicq est etiā amplius. Amplius quā titatis. Nā iō nōdū etiā audis. qd est grauissimū. e Persuasit nox. amor. vinū. adole. Pla. in Ba/ Quid hoc illecebrosius fieri p̄t. nox. mulier. vinū hoibus. qd hoc illecebrosius homi adolescētulo & hec oia ab impulsiōis pte dicunt̄. nō a rōcina tione. iō & psuasit dixit. Nā instans psuasio īpul/sio dicit̄. vt ipe alibi: Dū in dubio ē animus pau/lo momēto huc vel illuc impellit̄ f Vinum. Plus dixit q si vinolentia diceret: vt tu nihil nisi sapientia es. Ille somniū pximū huic. Et sil'e est in Etyra. cū virgine vna adolescēs vt cubuerit. plus potis se abstinere vt potuerit. nō verisil'e dicis ne/q veꝝ. Virg. Bachus & ad culpā causas dedit. & Valerius. Proximus a libero patre ad incōcus/sam venerē gradus ē. g Humanū. Nihil tā/dem ea sumptū cōsuetudine est qd nō humanū. Et hoc dicere solemus vbi peccatū qdem nō ne/gamus sed tollerabile esse dicim⁹. Itē psuasit nox. amor. vinū &c. Hec inferunt̄ vt multa videant̄. h Vbi scit factū. Id est intelligit & sentit quod supra future peccauerit & qā impulsione peccat. nō peccat ratiocinatōe. hic loc⁹ illi ei occurrit: cur ergo tacuisti. k Ad matrē virgīs venit ipsus vltro lachrymās. Mire ad matrē venit vltro la chrymās: ne qd leniter aut mollius mulier tulisse. aut ppe pactionē inisse videret̄. l Orans obsecrans: Orare est placi dos petere. Obsecrare iratos rogare. m Ignotū ē d: tacitū est: creditū est. asyntethon vt solet p syntonomiam sic loqtur vt imus venimus videmus. Ignotū est aūt qd vltro venerat & lachrymans. At tantum est q orabat. & obsecrabat̄. Ac cre/tum est. q fidem dabat. & iurabat. & honestius impersonaliter q ignouimus & tacuimus. n Virgo ex eo cōpressa gra uida facta est. Hec addidit ex viliori vsu inhonesta pacientia virginis qua ad conceptū libido pueniret. o Mensis decimus est. Præterea qa & hoc potuit dici. Ille quidē vitiauit virginē sed quid ex alio concepit postea que iam grauida facta est. Iccir/co & a vicio virginis tempus ostendit vt cū facto rō coueniret. p Ille bonus vir &c. Cōclusio accusatōnis. Et bonus vir ironia quidē est indignantis in loco addita est verbis ardentibus. Et ē ab eo posita qui indignet̄ viꝝ bonū esse debuisse. q non sit vt supra neq boni. neq liberalis est functus officio. Et sil' cōsidera q̄ noīe eschinū vocet viꝝ appellās. s. q vult eius cetera est pmissa. & q illū iā pridē videri maritū velit. q Nobis ex abundanti ad indignationē relatū ē. r Si dijs placet. Bene in/terpositū ad inuidiā. s Psaltriā nobis pauit. Sic em̄ dicimus & ē cōsuetudis puulgate. t Illā deserat. Cui cōtrariū dum viuat obstrictus est. & deserat virginē. v Pro certon tu istæc dicis. Hoc iō nō dicit qa fidē nō habeant narrāti. sed qa mi/ra sunt scelera. x Mater virginis in medio ē. Quasi retineri nō potuit nec cohiberi qn̄ rem prohibet. Præterea cū argumēto rū genera duo sunt nō sic in rebus manifestis. hoc ergo sublatis supcilijs dicendū est in medio. Nā lenius erat si diceret p̄sto ē y In medio est. Qd nō est absconsum vt in coronā hoim sedentiū q stant in medio circi multum ē in luce & in pmptu. Inde ventū est vt q dicimus pdire in mediū tollere aliquē de medio posterius significat remouere aliquē de hac luce iterficiēdo eū z Virgo. Que in eschinū reū testis & crimen est & iō addit. Res ipa. i. pondus vteri ex actis ad periendū mensibus. a Præterea vt ca. ē. Hoc est q̄tū serui hr̄e pn̄t capacitatē bonitatis & artis. vel q̄tū se cōditio seruoꝝ pmittit. vel scd'm q ser/ui pn̄t ac solēt eē. boni fideles ac solertes. An captus q̄tū capit animus seruulus. tantū nō malū neq iners geta. an captus quē admodū sæpius aucupiū in seruis hn̄dis bonū euenit vt in captu pisciū vel auiū vel feraꝝ plurimū fortūa dn̄at̄. Et hoc ideo qa serui euenire bonū nō rōe aut natura sed casu ē. vtpute in re rarissima vt sicut capt⁹ ē seruoꝝ ita euētus ē in seruis suis affra/nius in simulāte vt vis seruoꝝ captus ē. facillime domo atq nr̄a familia puedit̄. ego captus: dicit Donatus: forte intelligo. b Neq malus &c. Ad hæc intelligamus aliter dici nō inertē socratē. aliter nō inertē seruū. aliter nō malū scipionē. aliter nō malū seruū eē. Oratorie tn̄ hic futuꝝ testē & indicē laudat sed ne improbe id facere videat̄ pcius id facit. Non em̄ dixit bonus & solers. sed q in seruo sufficit nō malus neq iners. & p̄ferēdi gete. Hæc maxima cā ē. ne qd pmittere videat̄ in seruo paupis attrocius fiat & sil' vt hæc nō cōtristet getā quē prius laudat dicturus hunc abduce &c. c Alit illas solus. Duas hic res docet. Et vn̄ hæc viuāt qd testimoniū pudicitie ē. & grauē testē posse esse getam.

i. totā domū seu totā rē domesticā ⁊ familiarem · i. fouet · i. rape · i. liga
d · e · f
solus omnem familiam sustentat. hunc abduce. vinci quæ
i. vltrate · agetꝰ dicit q̄ ille dixit quere · s. vt dicit ipe hegio meo relatu
g · sed · h
re rem. GE. immo hercle extorque. nisi ita factū ē demea;
i. denicꝫ · Eschino · i. dic h̄ facꝰ · i. pudore officior
i
postremo nō negabit. coram ipam cedo. DE. pudet. nec
i. agere debeam · i. q̄d rn̄der e debeā Hegioni
quid agam. nec quid huic respondeam. scio. GET. Intus
filia sostrate pturiens · scꝫ dico · dilanior · i. pp̄ter dolores ptꝰ
k
clamat pamphila. PAM. Miseram me. differor doloribꝰ
lucē pb̄ens natis · i. auxiliū parturiētibꝰ · pturiētē vt euadā ex h̄ puerperio salua · i. nūq̄d
l · m
iuno lucina fer opem serua me obsecro. HE. Hem. num/
de q̄ fit s̄mo · i puerperio laborat · i. de ptur it · cōpaciētis
n
nam illam quæso parturit? GE. certe hegio HE. Hem il/
i. illa hec · i. auxiliū · i. cū ploratu rogat poscit · ꝯiugiū · i. eq̄tas
læc fidem nuuc nostrā implorat demea. quod vos ius co/
ꝯiugiū · i. bono aīo vr̄o · i. assequat · i. ī p̄mis · s. hec q̄ peto · i. rogo
o
git. id voluntate impetret. hæc primū vt fiant. quæso deos
quēadmoū · s. facere · sꝫ · i. si aliter vultis. s. vt hec nō fiāt Hegio
p · q
vt vos decet sin aliter animus vester est. ego demea sūma
i. ope · puellam · s. defēdā · i. q̄ mortuꝰ ē · i. gētilis meꝰ · s. ipe mortuꝰ
r · s · t
vi defendā hanc. atqꝫ illū mortuū. cognatus mihi erat. A
vice aduerbij · s. cū adhuc essemꝰ · nutriti ⁊ simul · belli tp̄e · i. pacis tp̄e
pueris paruuli sumus educati. una semper militiæ/& do
ꝯsati sumus · i. passi sumus · s. molestiā · pp̄ter q̄s res
v
mi fuimus: paupertatē vna pertulimus grauem. quapro/
moliar conabor sed re ipa · i. agā ⁊ ꝓsequar ad extremū · x · ius puellei iudicio · y · i. moriar ī pēa vł ꝓsecutiōe
pter enitar. faciā. experiar. denicꝫ animā relinquā potius.
puellā · scd̄o vł posteriore loco dicis · Micionē · i. alloquar
z · a
q̄ illam deseram. Quid mihi rn̄des? DE. fratrem conuen
h̄ negocio · tenebo ⁊ mirabor
am hegio is quod mihi de hac re dederit cōsiliū. id sequar
h̄ qd̄ sequit · tu · q̄tū · sine magno labore
b · c
HE. sed demea tu facito/tecū aīo cogites. q̄ vos facillime
viuitis · i. q̄tū · valde · diuites · i. felices · tantū
agitis. q̄ estis maxīe potētes dites fortūati nobiles. tā maxi
i. p̄mpta volūtate · intelligere · d · ea q̄ sūt iusta · iudicare
xime vos æq̄ aīo æq̄ noscere oportet. si vos vultis ꝑhiberi

d Solus. Incerta distinctio est solus sed melius & solus omnem familiā sustentat hoc verbo tenues victus ōnditur quod bene frugi esse mon/stratur in feminis. e Hanc abduce &c. Non multum premittit vtpote de alieno seruo adeo geta plus de se largiretur. ipe tamen tria posuit vt multa videretur dicere hunc abduce vt tu voluisse armari volstorum edice maniplis. Nā po/stea. e. littera huiusmodi verbis aucta est Item bono ordine & abduce ad hoc illud vt nemo pos/sit intercedere. Et vinci & ne solutus vt sciat si verum seruus accuset. f Quere rem. Latenter p̄ter vincula etiam tormenta significauit. Nā hoc quære rem pete rem veritatem significat.
g Immo hercule.. Et bn̄ ipe de se plus apertius q̄ largitur. h Extorque. Multum dixit non torque. sed extorque. Torquemus eīm hominē extorquemus veritatem.
i Pudet. Aduersus hoc dicit & perturbatus demea. maioris erit ponderis. Pudet dictum si si me nec addas nec subaudias.
k Differor doloribus. diuellor. discrutior dila/ceror. Et proprie hoc genus quærele cōuenit parturienti & cui viscera distenduntur. & ei q̄ inex/pertum dolorem nunc primum senciat.
l Iuno lucina fer opem &c. Bona procuratio poete. & vix parturientis pro testimonio succe/dat ad inflammandum demeam. Et nota puel/las quæ in comediis honeste sunt. & ex amore dicuntur. aut nullam in se scęnam esse aut rarissimam vocem duas res poscit hæc precatio irascē tis & pturientis salutem.
m Hem numnā illa. Illa de qua sermo est q̄d em̄ opus fuerat noīe. n Illæc fidē nūc nostrā. Hec oratoria est em̄ nō vere interrogat sed videt eū simpl'r agēdo diffidere cause videatur.
o Deos q̄so &c. Hoc ē dixit nō vt puelle vtile ē sed vt nobis placet. p Sin aliter animus vr̄ est. Officiū aīci exeq̄tur in reddēda cā cur aduersarius futurus sit. q Ego demea &c. Hanc nō dixit id q̄d ē vos vlciscar sed hāc defendam.
r Atqꝫ illū mortuū. ydonea cā ē aduersus viuos q̄rimoniā faciēdo ꝓ mortuo. s. q̄si iniure & officio suo locutus sit. & exaggerauit culpam ī eschinū q videbat in vno & eodē facinore viuos mortuosqꝫ lesisse. Et bn̄ mortuū. nam in liberis parētes defuncti vident viuere ac defendi cū liberi defenduntur. s Cognatus mihi erat. Causa exposita iā de ꝑsona sua, vtrum recte faciat vt quā ꝑsonā ōndat habiturus. Cum amiciciarum duo genera sunt. Vnum necessariū i. propinquū sanguinis. Alterum voluntarium quo nobis etiam alenissimi coniungunt. Mitionē sibi ac Demeā & viuos & voluntarios tm̄ amicos esse. Simulū vero mortuum & nō solum volūtate: sed necessitate amicum fuisse coniunctum in qua re & il is nunc deerit. & his purgatis hic dicit Donatus. Sed & cognotus mihi erat vultu adiuuat q̄a a cōiuuctiōe inceptiua sumpsit exordiū. tn̄ cōiunctionē illā ī nullo textu repi. Itē cognatus m. e. Officia multa cōtra officiū vnū Demeę amicicię Mitionis. t A pueris: Vice aduerbii ponit q̄ carem'. i. ab ineūte etate ab incunabilis ipsis a teneris annis. A teneris vt greci dicunt vnguiculis a primis tp̄ibus etatis. Alii hunc a pueris ꝑuis sed in idē redit. v Pauptatē vna ꝑtulimus. Et q̄a magis coniūgit maloꝝ cōsortiū q̄ bonoꝝ. x Experiar denicꝫ animā &c: Sic dicit ne dicat vindicabo q̄d vult magis significatū eē q̄ dictū & ne ei diceret nihil poteris q̄d ad incipiēdū sufficit dixit experiar. y Denicꝫ aiam relinquā. Modesta cōtinuatio prius q̄ sibi possit cōuenire dixit q̄ q̄d passurus sit Eschinus.
z Quid mihi rn̄des. Rn̄dere ꝑprie dicit cū lis intēdit. Rn̄dere eni est priorē alloq̄ q̄si rn̄dere verba fundere. vt funditqꝫ has ore q̄relas. Rn̄dere posteriori loco dicere. a Fratrē cōueniā Hegio. Voluptuose ꝑnūciādū q̄d addidit hegio q̄si dicat res in manu fris eē cōstitutas nō mea. b Sed Demea tu facito. Supra habite cōminatōis. c Quā vos facillime agitis. Vt & supra facile victum paret. Et vide q̄ oratorie laudis sumpserit argumenta suadende. d Equo animo ęqua noscere oportet. Bene dixit ęquo animo quia potentior & fortior contra naturam est equitas.

e Redito. Prosequebatur adeūdum quemadmodum apparet ex vobis.
f Decet te facere. Sollicita obsequela hegionis vltima in loquendo ostendit impotentiorē personam contra Eschinum quo magis gaudium crescit comoedie: quando tali ac tanto paupior puella sed tamen cupita iungeť. g Non me indicente. quia dixerat ipse sentieť posterius: & nimis dura compositio est: sed apta irascenti.
h Vtinam hoc sit modo defunctū. Vtinam desperandi vim habet. Hoc .i. negociū id est ī raptu virginis. Defunctū finitum .i. vt nō peiora cōmittat. Defunctū finitū .i. ne vlterius peccet Eschinus
i Nimia illęc licentia. Quā illi dat Mitio. profecto euadet per ardua & interrupta veniet.
k Hec euomā. Non effundam. Sed euomam vtpote que me egrum faciūt quibus me leuabo cum langor ille egestus sit. Nam euomā hac trāslatione significat.

bonos nemi iniuriam facientes .i. reuertito e

probos. DE. redito. fient: quæ fieri æquum est: oīa. HE

ibi ē honestū f .s. oīa q̄ cō sunt côuertit s̄monē ad s̄uū g

Decet te facere. geta duc me intro ad sostratam: DE. Non

iubēte aut ɔsentiēte q̄ dicunt placent do h .s. negociū de violatiōe v̄gis .i. finitū vltimū post q̄d nō sit aliud

me indicente / hæc fiunt. vtinā hoc sit modo defunctū. ve

.i. sȝ i .s. q̄ dat illi a micione certe veniet

rum nimia illæc licentia profecto euadet in aliquod ma

p̄gā vlteri⁹ .i. diligēter inquirā .i. ɔtra .s. flagicia effundā. k

gnum malum. Ibo, & requirā frēm, vt in eū hæc euomā.



In hac scena. XII.

Hi sex versus in quibusdam non feruntur. In hac scena iam videtur locute Sostrate Hegio respondere. Potest tamen & ipse incipere tanq̄ qui & rem nouerit: & moerore eius moueatur. Bono animo F. S. Meminisse debemus q̄ dixit. Duc me intro ad Sostratam & hoc intro in proscenio est non post scenam. Nam aliud significat eam⁹ intro. vbi dicitur intus despondebitur intus trāsigetur. si quid est quod restat. Illud enim incertius agitur extra omne proscenium.
a Facsis sostrata. Sis honorifice additur verbum. ne quid impatio modo pronunciatur supbum deductum est autem a senatusconsulto formulare. vbi aliquid senatusconsulibus iniungit addit si eis videatur.
b Et istam quod potes. Quia vox ipsa tristis & circa tristem filiam quod potes dixit.
c Fac consolare: Duas res dixit quas & ordine locutus est: & tu bonum habe animū inquit. & filiam fac habere. d Ego Mitionem. Quia Demeam iam vidit.
e Si est facturus officium. Hoc dicendo promittit eum esse facturum. Nam facile est vnumquenq̄ suo officio fungi.
f Vt quid agam q̄ primū. Mature neq̄ cōminatur neq̄ segnem ostendit se fore.

HEGIO SOSTRATA.

.i. da opaȝ vt hēas bonū aīm a b

Ono animo facsis Sostrata. & istā. quod po

an venale aut causaȝ c d

tes: fac consolare. Ego mitionē: si apud forȝ est:

.i. alloquar qūo totū negociū p̄cessit recitabo p̄ ordinē .s. ipē micio e

conueniam: atq̄ vt res gesta est narrabo ordine. si est factu

facere velit .i. debitū suū ɔstet apparcat ex ret. .s. id q̄d petā sȝ .s. ē snia miciōis ita q̄ nō velit parcere petitis

rus. vt sit officiū suū faciat: sin aliter de hac re est eius sen

.i. det mihi r̄nsum f agere debeā .i. citissime mature vl' ɔbū agam

tentia r̄ndeat mihi. vt quid agam. q̄ primum sciam.



QVARTVS ACTVS

CTHESIPHC. SyRVS

.i.dicas ne ex hoc loco in agrū .i. multo añ .q.d. est longum
a .s. demeā discessisse tps ex q̄ abijt

In patrem hinc abiisse rus? Sy. Iamdudum. CTE:
.i.si audes .i. domū agrestē s.pr̄ .i.sed
b

Dic sodes. Sy. Apud villam est. nunc autem maxime ali=
.i. nunc puto eū maxime laborare vel opari s. fatigari
c d

quid operis facere credo. CTE. Vtinam quidem: quod cū
ita tñ q̄ nō moriatr ex illa defatigatōe .i. intra hoc triduū
.i. delassari e ptinuo

salute eius fiat: ita se defatigari/ velim vt triduo hoc perpe=
.i. oīno .i. nō possit .i. efficiatr vt optas
f .i. isto mō

tuo prorsus e lecto nequeat surgere. Sy. Ita fiat: & istoc: si
p pt simplr .i. aptius cōmodi⁹ .i. eo mō fiat inq̄ vt optas
h i

quid potis est: rectius. CTE. Ita nam hunc diem misere
quēadmodū in miseria viuere
k l

nimis cupio: vt cœpi: perpetuum ī lætícia degere. & illud
ppter nullā aliā cām valde vehemēter s illud rus
.i. odio psequor m

rus nulla alia causa tam male odi: nisi quia prope est. q si
.i. remotū esset .i. cepisset .i. ruri .i. in vrbē ad me q̄=
rendum

abesset longius: prius nox oppressisset illic: q̄ huc reuerti
.i. denuo .i. qñ .i. ruri ille pater .i. tūc .i. celeriter re=
n dibit

posset iterum. nunc vbi me illic videbit: iam huc recurret/
p certo scio patrem ecōtra nō vidit integro

sat scio. rogabit me/ vbi fuerim: quem ego hodie toto nō
.i. rūdebo ōmissionis verū residet
o p

vidi die. quid dicam? Sy. Nihil ne in mēte est? CTE. Nū

In hac scena. XIII. Ostenditur timiditas boni adolescentuli & vertisse ad peccādum ex delicti conscientia & reuerētia parentis apparet vt est mos verorꝫ patrū circa filios Syro Demeā describente. Siliter. Hic adolescētis reuerētia in prēm ostēdit timētis ne factū suū a patre Demea deprehendat & tandē in iram pater exeádatq3 prumpat. a Ain patrē hic abiisse rus Compēdio oñditur qd sit iam locutus syrus.
b Nūc aūt maxime aliqd opis facere. Videq̄ si verborꝫ syri esse de ope loqui. sic enim dicit & Demeę. sed illud falso hoc serio. c Vtinā quidā. Apud villā subaudiendū & distinguendū anteq3 inferat quod seqtur.
d Quod cū salute eius fiat. Hoc est non odisse patrē: sed tm̄ timere ex pprio delicto. seruat enim in eo & amor filii & amoris effectus.
e Vt triduo hoc ppetuo. Quātū sufficiat amatori eteni ñ op⁹ erat ppetuo dicere si triduū dixisset. f Et istoc si qd potis est rectius. Deest addi. Nā si mortē significaret nō cōueniret adolescētem ita dicere. Videt ei plus tpis optasse languori
Potis est. capiendū est simplr p pōt. alioquin pote est foret dicendū cū p̄cedat substātiuū neutrꝫ nisi ponat genus p genere. sicq3 anthitesis cuiusmodi est. Triste lupus stabulis anser foeta.
h Nam hūc diē misere nimis. *Moriat. s.* & ad huc aduersus seruū debet dicere ne indecorꝫ adolescēs psone sit, hec ita dixisse q3 uis eiusmodi adolescentes inducāt comici. vt Neuius in tribasello deos q̄so vt adiuuēt patrē & matrē meas.
i *Miserenimis.* Nimis habundat more comicorū q hoc dicto asseueratione inculcabant.
k Cupio: vt coepi. ppetuū. i. l. d. Qui & supra Ita q̄so qñ bñ successit hyllarē. l Et illud rus nulla alia cā tā male odi. *Mire* oñdit omnia ex delictis in prauum verti. adeo vt miseram putet adolescens suburbanā villā qua re ceteri delectātur. Illud ergo tanq3 cum detestatiōe dixit & male & nimis misere. Nam nimiū & malū miserūq3 est scdm illam sententiam. Ne quid nimis
m Quod si abesset longius. Amori magis q3 rei consulit adolescens. n Iam huc recurret. Mire de sene recurrit dixit vt eius instantiā demōstraret.

s

o Nihil ne in mēte est Si hoc accipiēdū ē vt ab adolescēti libero malicià putem⁹. nō sapiam dees se in hac re adeo magister ē seruus. p Nūq̄ qcq̄. Parelcon. i. p nūq̄. q Tāto neqor. Sic hoc di ctū ē vt ecōtrario tāto melior. r Cliēs amicus hospes nemo ē. Vide magistrū ad neqtiā vt simplici adolescēti mēciēdi viā demōstret. & honestū tenet afferte argumētū ad mēdaciū propter clientē amicū aut hospitē in vrbe cessare visū qd tñ sic intelligit rudis ac rusticus adolescēs.

s Cliēs amicus hospes nemo ē vobis. Mire sic interrogauit vt q agrestes inhumanosq̄ rephendat: & isociabiles aliis ppter aspitatē rustici senis Cliēs est q opa patroni seu aduocati egēs eū seqt vt sua ab eo cā defendat. Amicus. i. necessitudine iūctus. cuius amicicie venie dāda ē & mos gerēdus. Hospes inde hospiciū dicit ius amicicie qd est inter amicos externos aut externa.

t Que nō data sit nō pōt fieri. A supiore subaudit veniat in mentē. i. cognita dari potuisse & datā dicit. Itē hic defacto q̄stio ē in q̄ qdam disputant q̄dam tūc impossibilia intelligi qñ facta sint Cū aūt nō fiūt nō mō nō fieri. sed nec possibilia qdē esse dicēda q locus dicitur.

v Nō pōt. Iterq̄ subaudit vt data sit velut credat data. x Interdiu. Tātū qa amatori maxie noctu opus ē. Interdiu & diu p de die idē significant qdā tñ dicūt interdiu significare inter mediū diei tps qd nō ipedit qn aliud significet vna cū illo. y Vah quā vellē etiā noctu. Hoc vtriusq̄ psone conuenit. sed melius a syro & facetius dicitur. Et qdā totū Ctesiphoni assignat. Abusq̄. interdiu. & quā vellē pprie dicimus in his q̄ nō videmus fieri. Bñ igit deficiēte argumēto cū aliud nō inueniret in vota cōuersus ē. vñ vident magis hec verba Ctesiphonis esse. z Cū feruet maxime. Tercia cōiugatōe dixit efferuere dicit correpta media sillaba. a Quō? Mirat q timet eū quē iste contēnit. b Laudarier te audit libenter. Quod a Demea dicit in oēs pentes dici putat Nā nemo tā asper ē pater. vt nō stati mitescat laudato filio. b Virtutes narro. Nō dixit elegātē indolē. sed virtutes. sunt aūt pfecti sapiētis vel diui alicuius. c Meas. Bñ cū stupore rñdet meas oñdens q nulle essent. d Meas tuas. Cū gestu pnūciare debemus. vt intelligat irrisio.

e Quasi puero gaudio. Deest p̄. q̄si p̄ gaudio.

f Hem tibi aūt. Hec dicēs sensit venire Demeā. tūcq̄ prupit in hāc vocē. g Lupus ē in fabula. Silentii inductio est in hoc puerbio atq̄ cuiusmodi silētio. vel in ipō verbo vt ipā fabula cōticescat. q lupū vidisse hoīem dicimus. q repente obmutuerūt. qd fere is euenit q̄s prior viderit lupus vt oī cogitatiōe in q̄ fuerint etiā voce verbis careāt. sic Theocritus. Et Virg. Vox q̄q̄ moerin iā fugit ipā. lupi moerin videre priores. Alii putāt ex nutricū fabulis notos pueros ludificatos terrore lupi paulatim capua veniētis vsq̄ ad limē cubiculi. Nā falsum est qd dicit interuenisse lupū neuiane fabule alimonio Remi & Romulo dū in theatro agerent. h Fuge mō intro. Nō dixit i vel abi vł vade. sed fuge tāta celeritate opus ē. i Si qd rogabit &c. Magna virtute Therentius rudē simplicē timidūq̄ inducit CTesiphonē ab initio vt is sit q mox opprimeretur cū meretrice acūbēs interuentu pr̄is ob iprudētiā & rusticitatē suā. k Nusq̄ tu me. Familiaris eclipsis & apta p̄parāti. q̄re hec oia oppressa voce cū celeritate pnūciāda sunt.

.s. est in mente — .i. deterior q̄nto min⁹ habes scīe — amicus externus
q — r — s
q̄ quicq̄. Sy. tanto nequior es. cliens/ amicus/ hospes ne
clientes amici ⁊ hospites — .i. talibꝫ amicis
.i. fit inde
mo est vobis? CTE. sunt. qd postea? Sy. hisce opa dic vt da
.s. a te — opa — .i. q̄ opa veniat in mentē vel credat
t — v — .s. fieri vt credat
ta sit. CTE. Quæ nō data sit? nō pōt fieri. Sy. pōt. CTE.
.i. de die — .i. pmaneo hic tota nocte neq̄ domū redeā — ridētis
x — quā excusationē — y
Interdiu. sed si hic pnocto: causæ qd dicam syre? Sy. Vah
.i. quātū — .i. tpe nocturno nō solū inter diu — cur nō
quā vellē etiā noctu amicis operam mos esset dari. Quin
.s. securus sine cura; vel mora — animū — optime — .i. callide scio — .i. excādesces
patris tui — z
tu ociosus es: ego illius sensum pulchre calleo. cum feruet
.i. vehementer — trāquillū pacatū — .i. efficio illū patrē — .i. qua rōne
.s. videm⁹ placidā — a — b
maxime: tā placidū/ q̄ ouē reddo. CTE. Quō? Sy. Lauda
.i. extollo te vsq̄ ad celū laudibꝫ ac si laudarē te
b
rier te audit libēter. facio te apud illum deū: virtutes narro.
.s. virtutes nerras an alteri⁹ — .i. statim vt sum in narratōe tuaꝝ laudū
c — d — patri suo — e
CTE. Meas. Sy. tuas. hoī ilico lachrymæ cadūt/ q̄si puero
volētis — de inoppinato — .s. qd vides ppter qd es ita cōmot⁹
f — aductu patris — g
gaudio. hem tibi aūt. CTE. Quid nā est? Sy. Lupus est in
